

animas studentes salvari, et eam ob rem solliciti assidue, ne commoda sanctissim. ecclesiarum, in quacunque civitate sint constitutæ, aliqua ratione minuantur: neve que in ipsis sunt, divina liturgie ex Deo amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non convenienter curerent: ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res, tam propter itinerum, quam etiam commentantium luc sacerdotium et comitantium clericorum impensis, unde sepe et sub fænore accipiendo necessitas emerit, et ex ea reonus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit: simul etiam, ne ecclesiasticarum rerum non convenienter procedat administratio per absentia Deo amantissimi episcopi supervacuum ducant hoc nostrum præceptum, nosse ipsos volumus, quod si quis ipsorum manifestus sit, non cum omni diligentia hæc investigare, aut manifestum lapsus non secundum predictos modos emendare; obnoxius quidem erit iudicio domini Dei, et nunc in ipsum veniet imperii nostri indignatio, et circa ipsum periclitabitur sacerdotium, neque alia maiore opus erit indignatione. — § 2. Sed ne vel ipsi Deo amantissimi episcopi supervacuum manifestus sit, non cum omni diligentia hæc investigare, aut manifestum lapsus non secundum predictos modos emendare; obnoxius quidem erit iudicio domini Dei, et nunc in ipsum veniet imperii nostri indignatio, et circa ipsum periclitabitur sacerdotium, neque alia maiore opus erit indignatione. — § 3. Tua igitur excellencia divinam nostram hanc legis positionem manifestam facit cujuscunque metropoleos Deo amantissimis episcopis, et clarissimis praesidiis provinciarum: addens et hoc: quod et ipsi, si opus sit, nomine ferant auxiliū piissimis civitatum episcopis ad hujusmodi [lapsus] coercenda, que tolli jussimus: et si qui negligenter eos usos esse invenerint, manifestam eam nobis proprio facient iudicio, ut utique omnes cognoscant, et quenam ab ipsis servari debeant, et ex negligenter definitam penam. Curent autem et Deo amantissimi metropolite, etiam alia reverendissimis civitatum episcopis ejusdem provinciae facere manifestam divinam hanc nostram legem, et denunciare omnibus, ut vigili studio haec custodian, verentes definitam penam.

§ 4. Ac ne protrahatur plena observatio divinae hujus legis: atque etiam ne ipsi reverendissimi monachi, qui in presencia converuantur cum monastris, parvum putent tempus sibi dari ad debitum, et injunctam ipsis separationem faciendam: annale ipsis definitum decreatum ab eo [die] quo manifesta divina nostra lex hæc facta fuerit: ita ut post anni curriculum, si appearat ea, que ad convictum attinent, in eodem manere scheme, locus sit omnimodo insertis divinae huius nostræ legi pœnis. — Datum 18 kal. febr. CP. Decio V. C. Cons. 529.

43. *Idem*, A. Julianus P. P.

Sacris canonibus neque Deo amantissimis presbyteris neque reverendissimis diaconis, aut subdiaconis nuptias contrahere¹² post hujusmodi ordinationem permittentibus, sed solis¹³ reverendissimis psaltis, et lectoribus id concedentibus, animadvertisimus quodam despicientes quidem sacros canones, pueros autem generantes ex quibusdam mulieribus, quibus conjungi secundum sacerdotalem censuram non possunt: quoniam igitur pœna facinoris hujus in sola¹⁴ sacerdoti erat amissionis: sacros autem canones non minus, quam leges, valere etiam nostræ volunt leges: sancimus obtinere in illis, et que sacris vissunt canonibus, perinde ac si civibus inscripti esset legibus: et omnes istiusmodi homines tam sacerdotio, quam divino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, nudari: quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia, sic et secundum nostras leges rem ipsam prohiberi: et præter supradictam excendi a ministerio pœnam, non legitimos quidem, et proprie esse eos, qui ex hujusmodi inordinata constupratiōnē nascuntur, aut nati sunt: sed eam, qua ex talibus seminibus oritur, participari turpidinem: tales enim eos esse disponimus, quales quos leges ex incestis aut nefaris natos nuptias definirent: ita ut neque naturales, aut nothi seu spuri intelligentur; sed prorsus et undique prohibiti, et successio[n]um genitorum indigni: ac nec donationem ab illis capere possint, neque hi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in his collatis a patribus beneficis ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, revertentibus: quod enim sacri canones prohibent, id¹⁵ etiam et nos per nostras abolemus leges. Si vero simulata quodam obligatio sub specie mutui, vel alterius contractus instrumenti fiat, quae obligatum faciat eum, qui hujusmodi constupratiōnē particeps factus est, hanc etiam infirmare esse volumus: et talium rerum dationem, non ad eam personam, in quam concepta sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pervenire. — Data 15 kalend. novembr. CP. LAMP. et ORESTE VV. CC. Cons. 530.

46. *Idem*, A. Julianus P. P.

Sancimus, si qui moriens piam fecerit dispositionem vel per institutionis modum, vel per legatum, aut fideicommissum, aut mortis causa donationem, vel alium quicunque [modum] legitimum: sive injuxerit pro tempore episcopo curam agere, ut impleantur, que ipse voluit, sive et hoc retinuerit, sive etiam in contrarium prohibuerit: necessitatibus¹⁶ habere heredes id, quod ordinatum est, facere et adimplere omnimodo:

⁵ N. 6, c. 2, 3: N. 67, c. 3: N. 123, c. 9: 6. L. 19, supr. h. t.: N. 123, c. 29 et 36: — 7. 4. de N. 133, c. 3: — 8. N. 33, c. 56: — 9. N. 133, c. 5: — 10. 1. N. 133, c. 4: — 11. 2, 1,

quod si id sponte non fecerint, confessim loci Deo amabiles episcopos, curiosos esse circa hæc, et postulare, ut illi omnia implam secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesie ædificationem injuxerit testator, intra triennium instare eos, ut perficiatur: si vero xenonis ædificationem, intra unum¹⁷ annum duntaxat id fieri cogere: tanquam sufficiente tempore hoc constituto perficienda, quæ placuerunt testatoribus: cum sit possibile, et domum conducere, et infirmos illi in lectis sternere, donec opus ædificationis xenonis seu hospitalis compleatur: si vero quedam dari simul, et una præstatio in pias causas dannati fuerint: confessim cogere eos facere, hoc est, post testamenti insinuationem, et post adprehensionem hereditatem, vel legatum ab is qui honorati sunt. — § 1. Sin autem transierit predictum tempus, ac neque ecclesia, neque hospitalis ædificatione fuerit, neque hospitalis aliquis sit, qui hoc ordinet: mox ipsis Deo amabiles episcopos exigere ea, que pro ordinata sunt, et in id convenienter quæsita, et facere ædificationes sanctissimorum ecclesiarum, et hospitalium, et gerontocomiorum, aut orphanotrophiorum quibusdam pīs, aut omnino non prohibitis ex plebe collegis; velint autem secundum aliud tempus hi, qui tune reperientur, auro accepto super tali actione transigere; non licet id agere, neque quod factum fuerit, ratum esto: imo et præventionem rerum, qui hæc redemit vel transigit, sustineat. Quandoquidem necesse erit: hic quidem, qui aliqua parte temporis fuerint, esse pecuniarum copiam: his autem, qui futuri sunt, omnimodo relictorum privationem: sed nec ipsu[m] Annaliorum nomen, neque perpetua defuncti memoria, ob quam et annum hoc reliquit, conservabitur, sed statim extinguetur una cum ipsa relictorum interiens alienatione. Manere igitur perpetuo ipsis obnoxios hujusmodi administrationis sancimus: adeo ut, si qua fiat alienatio, et ipsa irrita sit: et hi, qui quandoque præerunt pī locis, licentiam habeant persequi, et exigere ipsa, nulla temporis prescriptione opponenda ipsi¹⁸, cum per unumquemque annum talis nascatur actio. Quinimo hypothecæ subjecta sint eis, qui reliquit bona, hujusmodi legatorum causa: ita ut licentiam habeant ex ipsis rebus satis pī operibus facere, non solum pro relictis, sed et pro fructibus ipsis, et relictibus, et omni legitima accessione: temporali (ut dictum¹⁹ est) nulla relictibus præscriptione convenire queat, quantumque quis numeravit tempus: nisi inter hunc annali legato oneratum; et eum, qui secundum sacros canones, et nostras leges presul constitutus est, istiusmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit. Ut relictus pro anno legato daretur a gravi persona, semper vigens ac perpetuis, et non multis publicis oneribus obnoxius: sed et accessionem habens, omnino quidem non minorem quartâ parte puri rediūs, aut amplius quantum scilicet inter eos placuerit: si enim tale quiddam in scriptis fiat pactum, et datus fuerit talis reditus et receptus in scriptis, pactionibus et transactionibus, et id manifestum per gesta monumentorum constitutum fuerit: cessare exactionem anni legali contra eum, qui eo oneratus est, sancimus: eum vero reditum pro legato constituti, perpetuo ad id deputatum, et qui alienari a nemine quoque alienationis modo possit: nullo autem horum subsecutio, subjaceat perpetuo (ut ante a nobis dictum est) dationi annuorum legatorum eos, qui his gravati sunt, sancimus: ut et nomen et memoria defuneti, ut et anni reditus in ipsis operibus perpetuo conservetur. — Dat. 15 kal. novemb. Constantiop. LAMPAD. et ORESTE Cons. 530.

47. *Idem*, A. Julianus P. P.

Sacris nostris legibus existimavimus oportere et hanc addi: quæ ex virtute, non autem ex temporibus, religiosas abbatias, seu prefecturas tribuit: ita videlicet, ut in pīs monasteriis, aut asceteriis, non omnimodo mortuo abbate, vel abbatissa, is, vel ea, qui vel, quæ tempore antiquior est, aut secundus secundae deinceps eligatur. Consentimus enim nature, neque omnes similiter bonos, neque omnes in aquo facientia malos: sed quem utique et vita optima, et mores honesti, et circa pīum exercitium constantia, et commune reliquorum monachorum complementum, aut maxima eorum pars idoneum ad hoc putaverit, et sacris Evangelis propositis elegit; ad præfecturam vocari, ita ut, si quidem primus post defunctum utilis sit, et monachis præcessere dignus, ille alius præfector: si vero qui post illum est, similiter in ipsum feratur futuri præfecti calculus: si vero nullus horum dignus videatur; confessim is, qui ex omnibus idoneus erit, cujuscunque gradus sit, præordinet abbas, qui sit videlicet et vita honesta, et honesta conversationis, et qui seruare creditos sibi possit: cum sit conveniens, omnem principatum, et omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque ex soribus, neque ex fortuitis circumstantiis, sed ex electione, et ex eo, quod præstantius est, fieri; et bonum apud omnes testimonium et probationem esse, fieri ordinatio ordinem. — § 1. Manifesta autem hæc fieri Deo amabili epis-

Inst. d. t. — 24. Tit. D. de annuis legal. L. ult. infr. b. t. — 25. Confer tamen L. 26. in fr. de D. de popul. action. — 21. L. un. D. de conduct ex lege. — 22. 2, 19, Inst. d. act. — 23. 2, 18,

user. — 26. 2, 4, supr. b. t.

copo: ut, cum is didicerit eum qui electus est, et hoc se recte habere adprobaverit; consentientem electoribus calculum ferat, et promoveat ipsum ad hujusmodi abbatis ordinem. Adprobare vero oportet hanc ipsam electionem, et pro tempore patriarcham, et qui in his locis sunt, Deo amabiles episcopos, habentes et ipsos iudicium Dei, et futuram condemnationem metuentes, si non per electionem, sed ad aliquam passionem²⁷ seu affectionem resipientes humanam, promotionem fecerint: habituri ipsis, et in hac vita, et in futura a Deo immissam penam: videlicet ipsorum negligenter animabus plurimis peccatorum causas prebente. — § 2. His omnibus et in reverendissimis feminis aut virginibus, que piis monasteriis presunt obtinentibus. — § 3. Reliquo omni sacro ordine, sacro ministerio secundum suos gradus presidente, et nulla in re per praeferent nostram innovato legem. — Dat. 15 kalend. decemb. CP. LAMP. et ORESTE CONSS. 550.

48. *Idem*, A. Joanni P. P.

Sancimus, neminem ad episcopatum ordinari, nisi et in aliis rebus utilis et optimus sit, et neque mulieri cohabitare, neque²⁸ liberorum existat pater, sed loco uxoris, adhaeret quidem et continens sit circa sanctissimam ecclesiam: loco vero liberorum, omnem christianum, et orthodoxum habeat populum: cognoscens, sic ab initio ea, qua de successione Deo amabilium episcoporum sunt, nos disposueris, et cum ejusmodi cogitatione processisse nostram legem: et eos qui præter hanc quid faciunt, aut fecerunt, omni episcopatu indignos esse: qui enim, post hanc nostram constitutionem, facere aliquos episcopos præter ejus vim, aut fieri aus fuerint, neque in episopis numerabuntur, neque manebunt in sacris, sed expulsi ab his, alii dabunt locum ordinationis, cum in primis diligentissimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. — Dat. 4 kalend. sept. CP. post CONSS. LAMPAD. et OREST. 551.

49. *Imp. JUSTINIANUS* A. Joanni P. P.

Si quis ad declinandam legem Falcidiæ, cum desiderat totam suam substantiam pro redēptione captivorum relinquere, eos ipsos captivos scriperit heredes: ne videatur, quasi incerti personis hereditatem instituit, judicium suum oppugnandum reliquise: sancimus, ejusmodi et talem institutionem pietatis intuito valere²⁹, et non esse respundam. — § 1. Sed et si pauperes quidem scriperit heredes, et non inveniatur certum ptochotrophium, vel certæ ecclesiæ pauperes, de quibus testator cogitaverit, sed sub incerto vocabulo *pauperes* fuerint heredes instituti, simili modo et hujusmodi institutionem valere decernimus. — § 2. Et si quidem captivos scriperit heredes, civitatis, in qua testator larem fore ac degere noscitur, episcopus et economus hereditatem suscipiant: et omnimodo in redēptionem captivorum procedat hereditas, sive per annos roditus, sive per venditionem mobilium seu se moventium rerum: nullo penitus ex hoc lucro, vel economo, vel episcopo, vel sacro-sanctæ ecclesiæ relinquendo. Si enim propter hoc a speciali herede recessum est, ut non Falcidiæ ratio inducatur, quomodo terendum est, hoc, quod in sacram venerit, per Falcidiæ vel aliam occasionem³⁰ minui?

— § 3. Ubi autem indistincte pauperes scripti sunt heredes: ibi xenonem ejus civitatis omnimodo hereditatem nancisci, et per xenodochum in agrototius fieri patrimonii distributionem, secundum quod in captivis constituius, vel per redditum annualium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel sese moventium, ut ex his res immobiles comparentur, et annus victus agrototius accedit: quis enim pauperior est hominibus, qui et inopia tenti sunt, et in xenone repositi, et suis corporibus laborantes, necessarium victimi sibi non possunt afferre? — § 4. Licentiam omnino danda et in priore, et in secunda specie, et actionem movere, et debita exigere: ut in captivos, vel agrototians consumantur. Si enim heredium eis et ius, et nomen dedimus, sine Falcidiæ tamen legis emolumento: necesse est eos debita exigere, et creditoribus respondere. — § 5. Sin autem ampliores in civitate xenones vel ptochotrophia sint, non incerta videatur pecuniarum datio; tunc ei xenoni vel ptochotrophio, qui pauperior³¹ esse dignoscurat, easdem res vel pecunias adivisi-gari consenus: hoc videlicet discutendo a viro reverendissimo locorum antistite, et sub eo constitutis clericis. — § 6. Sin autem nullus xenon in civitate inveniatur: tunc, secundum de captivis sanctionem, pro tempore economus sancro-sanctæ ecclesiæ vel episcopus hereditatem accipiat: et sine Falcidiæ³² ratione pauperibus, qui in civitate sunt, vel penitus mendicantibus, vel alia sustentatione egentibus, eadem pecunie distri-buantur. — § 7. Hæc tamen omnia locum habent sancimus, quando non certi xenonis vel certi ptochotrophii, vel certæ ecclesiæ nominatio a testatore subsecuta est, sed incertus est ejus sensus. Sin autem in personam

27. L. 51, supr. b. 1. — 28. L. 42, § 1, supr. ed.; N. Leon. 2, 3. — 29. L. 24, L. 28, supr. b. 1; N. 157, c. 11, 12. — 30. *Iust. lib. 1, c. 2*. D. ad leg. Falc. — 31. N. 151, c. 9. — 32. Supr. 2, b. 1. — 33. Sic: L. 6, D. de appell. — 34. L. 34, supr. b. 1. — 35. Ab. N. 125, c.

certam venerabilem certam domum respexerit, ei tantummodo hereditatem vel legatum competere sancinus, nulla Falcidia nec in hac parte intercedente. — § 8. In omnibus autem hujusmodi casibus celestes ira-cundias sancro-sanctarum rerum administratores expectent, si qualecumque lucrum ex hujusmodi gubernationibus sibimet acquisierint, vel si hoc committi ab alio consenserint, et non gravissima pena, et intermissione, quo perperam factum est, studeant corrigerem.

In AUTHENT. ut cum de appell. cog., § si unum de predictis, col. 8, tit. 16, al. tit. 12, seu Novell. 118, c. 3.

Si captivi alicuius liberi seu cognati redēptionem ejus neglexerint: non solum exheredari possunt, sed etiam lēge denegatur eis successio: et si fuerint scripti heredes, tantum valeat testamentum in aliis capitulo. Hece ergo successio defertur ecclesiæ civitatis ejus, expendenda scilicet in captivorum redēptionem. Multo magis, si extranei instituerint, qui redimere supersedeant. Excipitur minor octodecim annis. Qui autem redimere student, si proprias non habeant pecunias, super quibuslibet rebus ipsius in eam causam recte contrahunt, etiam si minores virginisquinque annis sint, maiores tan-tem octodecim, qui tamen pro majoribus virginisquinque hic accipiuntur. Et captivi, si reversi fuerint, coguntur³³ habere ratum contractum. Eadem pena est parentum, si redēptionem neglexerint liberorum.

50. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cum lege Leonina viris reverendissimis episcopis, et presbyteris, et diaconis peculium habere quasi castrense³⁴ concessum est: eo addito, ut et in ipso testari possint: dubitabatur, si hujusmodi testamento debeat de inofficio querela expugnari: cum de omnibus personis, que hujusmodi peculium meruerunt, eadem fuerat quæstio exorta? Sancimus itaque viris reverendissimis episcopis, et presbyteris, et diaconis, qui tale peculium quasi castrense possident, super his tantummodo rebus, que quasi castrensis peculii sunt, non solum ultima condere secundum leges elogii literæ: (quod ex Leonina constitutione descendit) sed etiam eorum ultimas voluntates super his tantummodo habitas, de inofficio querelæ minime subjaceat³⁵. — Dat. non. februar. CP. post CONSS. LAMPADII et ORESTIS, anno 2, 552.

51. *Idem*, A. Joanni P. P.

Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usum fori præscriptione proper sacerdotii prærogativam³⁶: sancimus non licere ei adversus sua pacta venire, et contrahentes decipere: cum regula sit juris antiqui, *Omnes licentiam habere his, qua pro se inulta sunt, renunciare*. Quam generalem legem in omnibus casibus obtinere sancimus³⁷, qui necdum per iudiciale sententiam vel amicabilem conventionem soppiti sunt. — Dat. kal. septemb. CP. post CONSS. LAMPAD. et ORESTIS VV. CC. 552.

52. *Idem*, A. Joanni P. P.

Generaliter sancimus; omnes viros reverendissimos episcopos, neconon presbyteros, diaconos et subdiaconos, et præcipue monachos, licet non sint clerici, immunitatem ipso jure omnes habere tutelæ sive testamentaria, sive legitime, sive dative; et non solum tutelæ sive testamentaria, sed etiam curæ non solum pupillorum, et adulorum; sed et furiosi, et muti, et surdi, et aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores a veteribus legibus dantur. — § 1. Eos tamen clericos et monachos hujusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sancro-sanctas ecclesiæ, vel monasteria permanent, non vagantes, neque circa divina ministeria desideres: cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgeamus, ut, aliis omnibus dereliquerit, Dei omnipotenti ministeriis inheraret³⁸. — § 2. Et hoc non solum in vetere Roma, vel in hac regia civitate, sed et in omni terra ubicumque christianorum nomen colitur, obtinere sancimus.

In AUTHENT. de sanct. Episc., § Deo autem amabiles, col. 9, tit. 6, al. tit. ult., seu Novell. 125, cap. 5.

Presbyteros, diaconos, aut subdiaconos, jure cognitionis ad tutelam vel curam vocatos, suscipere permittimus: si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud judicem competentem in scriptis declaraverint, talem administrationem propria se voluntate suscepisse. Si quis autem sic fecerit, nullum ex hoc prejudicium circa alienam tutelam, vel curam patetur. — § 1. Episcopos autem vel monachos tutelam alicuius personæ subire non permittimus. De curialibus et taxeotis. 1. De clericis aut monachis suum ordinem deserentibus et

19. — 36. L. 29, inf. de pret. — 37. Auth. statutum supr. b. 1. — 38. Immo sicc. L. 18, D. de jurisd. — 39. N. 125, c. 6.

in armata militiam transeuntibus. 2. De substitutione aut fideicomisso sub conditione defectus liberorum. 3. De solutione matrimonii, et doce, ac donatione proper nuptias.

53. *Idem*, A. Joanni P. P.

Sancimus, neminem omnino, neque curiale⁴⁰, neque taxeotam, episcopum aut presbyterum de cætero fieri nihil attinente, aut attingente has lege eos, qui ante eam hujusmodi sacerdotio digni habiti sunt: de cætero vero neminem omnino, qui supradicta sit fortuna, ad predictas consecrationes ascendere: et maxime si et jam ante ministraverat, aut taxeotis servaret jussionibus: cum enim, qui enutrit est in executionibus vehementibus (seu asperis), et his, que ex ea re accident, peccatis; non utique æquum fuerit, modo, quidem et illico esse taxeotam, et buleutam, et facere omnium acerbissima; mox autem sacerdotem ordinari, de humanitate et innocentia exponentes dogmata. Præterquam si⁴¹ ab infante, et nondum quidem ephesiani excedente atate, ei contigit inter reverendissimos monachos connumerari, et morari in eo ipso schemate: tunc enim permittimus ipsi, et presbyterum fieri, et ad episcopatum venire: cum sit manifestum, simulatque tale quid evenerit, et dignus sacerdotio apparuerit; quod confessio licentiam habebit manere in episcopatu, et ministrare, dummodo quartam partem sua substantiam universæ prebeat decurionibus, et fisco (secundum nuper de quarta parte positam⁴² a nobis legem) aut soli fisco, si quidem taxeotice fortuna ei esse contigerit. Si vero, et in reverendissimis archimandritis censeatur, et manserit inter ipsos: et hoc etiam modo damus fortuna liberorum, quartam et tunc partem sue substantiae (ut prædictum) præbituro: aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinato tale quid agere permittimus. Sciente tua excellentiæ, quia hæc observari debent ab omnibus Deo amabilibus episcopis, penam expectaturis circa ipsum sacerdotium, si quid tale fecerint: præter id; quod etiam nec ipse ordinatus sacerdotio fruetur, licet fuerit ante in aliquo gradu sacerdotio ordinatus, sed inter privatos redigetur, et ministeria exequatur, quibus subiacet prius. Que omnia obtinere in futurum volumus tempus: quoniam nunc primum a nobis inventa sunt: non pertinente ullo modo hac lege (ut dictum est) ad ipsam pertinentibus: sane eo quod lucrandum esset ex tali causa omnimodo, si et in prioribus nuptiis, vel vir vel mulier mansisset, communibus liberis ex eo matrimonio natis, si qui fuerint, conservando. — Dat. 5 kalend. decemb. CP. post CONSS. LAMPAD. et OREST. an. 2, 552.

54. *Idem*, A. Hermogeni magistro officiorum.

Raptore⁴³ virginum vel viduarum, vel diaconissarum quæ Deo fuerint dedicatae, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos esse decernimus; quod positum ab initio, et usu observatum, nescimus quoniam modo in dissuetudinem abiit. Meminimus enim, nos in Arcadii, et Honori pia memorie constitutione incidisse, volenter clericos, si neglexerint suum ordinem, et in qualemque armata militiam transierint; vel depositi a Deo amabilibus episcopis, militare ausi fuerint; mitti quidem ipsos militiam adepta, trahi vero civitatum curiis ministratores in posterum publico; quando et domini Dei servitio, quandiu militarent, se abdicavereunt. Que omnia obtinere ex hac nostra sancimus lege, jubentes, ipsos statim et confessio civitatis illius, ex qua sunt fieri curiales: nisi vehe-menter curialibus abundet civitas: quo casu vicinæ, vel ulterior etiam usque ad unam provinciam alteram, ubi maxime curialium constituta est penuria⁴⁴. Si vero latentes, (ut probabile est) fiant: licentiam damus curialibus statim ingredi res eorum, eorum bona detinere, et sati sibi secundum legem inde facere. Hæc igitur super reverendissimos clericis cuiuscunque gradus obtinere in perpetuum sancimus; et in his, que jam perpetrata sunt, obtinere legem eam volentes, qua et prius erat. Quoniam autem et quandam constitutionem⁴⁵ invenimus de monachis disse-rentem, et volentem ipsos non relinquere propria monasteria, neque turbare civitates, quam et ad quoddam sancitam esse tempus quidam suspi-cantur: oportere existimavimus occasionem inde accipientes, perfectiore, et in omne tempus etiam hoc reformare, ita ut nemini de cætero reverendissimorum monachorum licentia sit, tale quid agere, et relinquere quicquid monachicum habitudinem, circumcidere autem qualemque militiam, aut cingulum, aut dignitatem, aut eorum, qui in judicis versantur, sequi vitam, et Dei servitio humanas occupationes preferre aut cognoscere: illo, qui tale quid fecerit, dando curia⁴⁶ civitatis illius, aut illius ex qua est, aut etiam alterius, ut predictum est, et si quidem locuples sit, etiam pecuniarum subtilis munera: sin minus, corporalia munera, et hic li-centia danda curiis, (ut prædictum) si invisibles fiant, occupare bona, et sibi ex his satisfacere secundum legem. In omnibus autem casibus, in quibus accipere ex his curias jubemus causis, volumus medium quidem horum partem curiales suscipere non in auro, sed immobili possessione, vel quæ subit vel quæ sit comparanda secundum prius a nobis emissam

40. d. N. 125, c. 15. — 41. N. 6, c. 1, § 1; add. N. Leon. 6, — 42. L. ult. inf. quidem, et mortis condemnem supplicio. Bona autem eorum; si hoc commissum fuerit in sanctimonialem virginem, quæ vel in ascetorio, vel monasterio degit; sive eadem virgo diaconissa constituta sit, sive nou, eidem monasterio, vel ascetorio, ubi consecrata est, addicantur: ut ex his rebus et ipsa solutum habeat, dum vivit, sufficiens; et res omnes sancro-sanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio: sin autem diaconissa cuiuscunque ecclesiæ sit, in nullo tamen monasterio, vel ascetorio consti-

48. N. 125, c. 37. — 49. L. 50, pr. inf. h. t.; N. 22, c. 5. — 50. L. 11, D. de his qui non, iu-fam. — 51. d. N. 22, c. 4. — 52. Add. L. 5, supr. b. 1; L. un. inf. de ruptu; N. 125, c. 45.

45. L. 19, supr. t. 1. — 46. Conser. N. 5, c. 6; N. Leon. 7, 8. — 47. L. 7, inf. de legib.